



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. VIII. Cauæ bellorum iniquæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

incendium aut bellum ciuitas, ita postquam Gallos
caesos fugatosque Camillus Italia decedere coëgit,
aut mori; cum Romanis maximas omnes gratias de-
berent, infestis animis urbem miseram aggressi sunt,
imprimis Latini cū ius imperij, & partē magistratū
poscerent. Atq; hæc na causa est, cur merito Impe-
rium Romanis factum tectum manserit, cum vicinos
tam ingratos experirentur.

Legati præ-
ter officium
nihil moli-
antur.

§. 4. Legati quidem sacrosancti sunt, & penitus immunes, ita tamen vt præter legationis officium nihil agant, nec moliantur in eos, ad quos missi sunt, & iusti abscedere, confestim pareant. Mortem itaque meriti erant legati Tarquiniorum, cum suppellectilem Regiam auerturi per eam occasionem vrbi proditores emebant. Lilius lib. 2. *Interim cum in Senatu viciisset sententia, quæ censebat reddenda bona, eamq; ipsam causam moræ in vrbe habere legati, quod spaciū ad vehicula comparanda à Consulibus sumpssissent, quibus Regum assporarent res: omne id tempus cum coniuratis consultando absumunt.* Poterant in eos aduertere Romani, sed ne magis irritarent, quos timebant, Tarquinius dimiserunt. Adeo verò etiā Barbaris res illæ curæ fuit, vt Galli cum Cluſinos bello peterent, seque faterentur nullum? nisi in armis habere. Tamen q̃ Romani legati in prima acie visi essent, vnusque hostium ducem transfodisset, eos sibi dedi postularunt, q̃ cum non modo non impetrassent, sed etiā violatoribus iuris humani tribunatum militare datum intellexissent, confestim Romani aduoluerunt. Tanti plures aestimabant legatorum factum, quam suum; illi possessoribus per vim & injuriam agrum extorquebant, legati pro focis innocentibus, tresuiri in acie pugnauerant, nullā aliā culpā, nisi quod id in mandatis non haberunt: hanc tamen culpam incendio, & penè interfectione Roma luit. Caenendum itaque legato, ne hostilia machinetur, clandestina colloquia habeat, ne speculatorem & exploratorem agere videatur.

Rapt⁹ mul-
torum bel-
lorum cau-
sæ.

§. 5. Crebro bellorum externorum causæ, sicut & seditionum fuerunt, mulierum raptus, impudicitia vindicata. Filij Israël præcipue Simeon & Levi fororis Dinæ stuprum excidio Sichimorum vindicarunt. Fecerunt enim vna familia bellum integræ ciuitati, impium & perjurum; nam & pacem fecerant; & Sacramento Circumcisionis ad fallendum abusi sunt. Iusta quidem erat causâ belli, sed post fœdus, iniustissimum bellum euasit. Trojanum bellum etiam ex adulterio natum est, & ex scortatione Messeniacum, quod Græciam in partes diuisit. Turnum quoque in arma concitauit abducta Lavinia. Et Romana arma primum hoc raptus ludis equestribus virginibus, inter generos socerosque fuere. Iustè bellum intulere Veientes, Cœninenſes, Sabini, sed quia insigni arrogantia gerebant bellum, Romanorum armis cesserunt.

CAPVT VIII.

Causa bellorum iniquæ.

Iniusta plu-
rimum sunt
bella, vel in-
iuste gerun-
tur.

S. i. **V**T plurimum vel iniqua bellageruntur, vel si iusta sunt, iniquè administrantur. Cum inter duos populos belli exarscit, non nisi vna parte, & ab vna parte fiat iustitia; siue quis iustam causam impugnet, siue iniustam propugnet, nunquam victoria facit innocentem. Nemo conscientiam suam fallit, vt exitus eam soletur, quem causa iniusta reum tenet.

§. 2. Ego inter belli causas injustas primam pono, prauum quorundam prudentium iudicium, quo arbitrantur suam Rempublicam prudenter institu-

tam, egregièque moratam merito sibi populos Bar-
baros seruituti subdere.

Distinguunt illi inter homines; vt alios dicant,
feruos natura, natos scilicet ad parendum, alios vero
natos ad imperandum. Aristoteles lib. i. Polit. cap. 5.
καὶ δι' τὸ ὅτι ἑκάστης ἐν αὐτῇ διαφέρει, τὰ πλεῖστα ἀρχέοντα,
τὰ δὲ πλεῖστα ἀρχεα. Et statim ab ortu hac differentia, vt
quidam ad imperandum, quadam ad parendum fuerint na-
ta, probat in animalibus, ac tandem ad homines
natura feruos sic procedit. ἐτι δὲ τ' ἀρρεν ὄντες τὸ διή-
να φύσει, τὸ μὴ κρεττῖνον τὸ χειρόν. καὶ τὸ μὴ ἀρχον·
τὸ δὲ ἀρχόμενον. τὸν αὐτὸν ἐξέχον ἀναγκάσας εἰς καὶ
πλεῖστα πάντων ἀνθρώπων. ὅς τις μὴ ἐν τοσούτοις διέξαι-
ν, ὅσον ψυχὴ σώματος, καὶ ἀνθρώπου τὸ θῆρ. (δια-
χεινται δὲ τῶτον τὸν ἥτορον, ὅσαν ἐσὶν ἐργον ἢ τὸ σώμα-
τ' ἡ ψαῖς, καὶ τὸ τ' ἐσθλὸν ἀπ' αὐτῶν βέλπεον) ὅς τις
μὴ εἰς φύσει ἐδελοῖ, οἷς βέλπτον ἐστὶν ἀρχεσθαι ταύτην
πὺν ἀρχῆν, εἴπερ καὶ τοῖς ἀνθρώποις. ἐστὶ γὰρ φύσει
ἐδελοῦ ὁ διονεμέου ἄλλως ἐστὶ διὸ καὶ ἄλλως ἐστὶ

Præterea mas cum famina comparatus, melior est, hac autem imperio parere debet. Eodem modo se reserui habeat in omnibus hominibus necesse est. Quicquid, igitur tanto ceteris hominibus sunt inferiores ac deteriores, quanto animus corpori, & homo fera prastat (tales autem sunt ii, quorum opus in usu corporis positum est, quorumq; hoc numerum est, quod ab eis optimum proficisci potest) hi sunt ferui natura, quibus melius est huic imperio parere: si quidem & is, qui supra dicta sunt, natura enim feruus est is, qui alterius esse potest: ideoq; & alterius est. Hæc sententia tum falsa, tum generi humano perniciofæ est. Hinc enim superbissima Græcorum sapientia sua putabat, Barbarorum nationes imperio subdere, iustumq; esse bellum, vt deteriores parerent melioribus; se ferò meliores iudicabant: cum tamen confister multas Barbaras nationes innocentius, modestiusq; vixisse Græcis. Verum magnū aliquid præstitisse se arbitrati sunt, cum Lydos, Sarmatas, Scythas, Indos in potestatem redegerunt, & se vti sapientes, stultorum, vt putabant, Dominos fecerunt. Ac primum quidem nimium hoc arrogans est, tantum se extollere, tantum alios deprimere. Deinde primum videndum, an ille, qui in Barbaros ad feruendum natos bellum suscipit, vt legitime eos conuerteret, ipse quoque animum, domum, Rempublicam ex virtute regat, alioqui Barbaris nequior est. Tertio erudiendi potius sunt, & monendi, quam debellandi Barbari, cur enim tibi seruiant, cur jus vitæ, necesse in eos habeas, quia calidior illis est.

Non autem esse naturā illam, sed institutionis di-
uersitatem Gentes omnes docuerunt. Romani initio
Barbari fuere, deinde Hispani, Galli, Germani, τῶν δὲ
ἐλλήνων. nunc vero cultissimi nationum habentur, &
in Africam, Asiamque Barbaries migravit.

§. 3. Fœminarum causâ inusta etiam bella plurima gesta sunt, et si raptus abesse. Darius Persaantino Regi Sytharum intulit ob filiam matrimonio negatam, quod erat tyrannicum, cum ne subditum quidem cogere posset, ut inuius filiam sibi locaret. Vitratum quidem fuit in vetusta barbarie rapere conjuges, aut earum causâ bellum inferre. Subtilior ars Procerum Francorum, qui Regem ad bellum contra Carolum Audacem incitabant ut necessitate coactus filiam alicui, cum amplissima dote Burgundiarum ditionum nuptui daret. Antonius non quidem propter Cleopatram bellum gessit, ejus enim amoribus fruebatur, sed fœminæ ambitione in bellum impulsus est.

§. 4. *Ingentia bella sæpè ex superstitione sunt orta, quemadmodum de seditione supra dictum est. Propter Deos se bello ciuitates Ægyptiæ lacessere solent. Alani olim & Armeni cum ad ludos conuen-*

Homines
natura
nulli serui.

Superbia
& philan-
thia, iustas
causas belli
fingit.

barbara
entes ex-
ulta sunt.

Superstitio
causa bello-
rum.

missent orta de diuis disputatio; vtri meliores haberent Deos? mansit in abeuntibus rabies illa, cum enim sua cuique genti Numina sacra, ritusque honestissimi viderentur, reuerſi domum, quo quisque magis pius videri voluit, eo infestius bellum viſit. Hæc enim est natura ſuperſtitionis, vt aliena irrideat. Omnes, (inquit Philo de vita Moſ. 2.) abhorrent ab externis ritibus, & tanto plus honoris putant ſuis accedere, quanto magis alienos proculcarint. Cuius rei ſons ex inſita malitia, contumaciæque promanat, ſuos enim ritus propugnare honeſte non poſſunt, inſanda enim & indigna multa continent, in alienis irridendis, cum æquæ ſint abſurdi, eloquentes, & faceti eſſe poſſunt. Nunc vix vllum bellum eſt, quod non religionis cauſa geri dicatur.

§. 5. Leuiſſimas cauſas fuiſſe bellorum maximorum conſtat. *ἡ φανερὰ τῆς αἰτίας πολλὰς παρεμπε-
ξοῦσι πολλῶν πραγμάτων ἀδυνάμει ἀβολὰς, ἡ συμ-
φορὰς ἀπέτεκεν ὑπερόγκους.* Et ſæpe incidens nullius momenti cauſa multarum rerum mutationes peperit; & calamitates ingentes attulit, vt monet Nicet. in Man. Commemo. Maximorum bellorum ſæpe tenuiſſima, contemptiſſimaque principia fuere. Cicero l. 2. de fin. Fruſtra tanta conatum Xerxem fore dicit, ſi tantum mel ex Hymeto ſe ferre voluiſſe diceret. Et tamen crebro non eſt maior cauſa, aut fruſtus cruentiſſimorum bellorum.

Cupido opus
cauſa belli. §. 6. Pleraque bella inſta ex profunda opum, & honoris cupidine naſcuntur. Quod ſi aliæ cauſe quoque ſunt iuſte, hæc tamen ſe comites jungunt. Opum quidem cupiditas in primis Romanis teſtor fuit, in alijs gentibus conſpector, & cum Perſæ per totam Græciam legatos mitterent, terram, & aquam in ſignum ſubjectionis petiti. Facit auaritia inquietos; & omnes terras ſuis anneſci æquum cenſet. Xerxes cum ſicus Atticæ guſtaſſet, iurauit ſe terram occupaturum, quæcum fructum ferret, non gulæ, emere enim poterat, ſed auaritia, quia quāuis tantas opes, tantamque potentiam, quantam nemo alijs ante habuerit, non tamen animum præſentibus contentum habuit. Auaritia ſimul & luxuries Gallos ad Italiam inuadendam ſollicitauit; nam qui in ea fuerant cum popularibus vinum exhibuiſſent, ejus dulcedine ad expeditionem omnes concitarunt, ſed plerique ſanguinem in terrâ infelicitate qualiſcūque effuderunt. Et qui aliena nimis cupidè appetiuerunt, ſua omnia, vitæque amiſerunt.

Eadem amenitate, ac felicitate poſtea Longobardos eadem Italia inuitauit, in Pannoniâ enim cum eſſent, audito Italiam pomis dulcibus, ſucculentâ carne, vino odorato abundare, temperato cælo omnium rerum varietate frui, magnis agminibus eo contenderunt. Hiſpania verò duorum populorum auaritiâ in ſe, & in ipſos mutuo armauit; etenim Hiſpani tum gens ſimplex latentes bene in profundo opes & diuitias ignorabant, deinde Romanis quæ- runt, ſed ea ro inflammata Carthaginenſes contra Romanos arma mouent, quæ excidio Carthaginis quieuerunt, dum itaque Hiſpanico auro, & ſuſſoſſionibus inhiant, mœnia ſua diruerunt: nam quidquid cauſæ prætenderint, certè

Aurum & purpura curis

Exercet hominum vitam, bellos, fatigant.

Nuſquam id clarius, quàm in bello, quod contra Græcos Galli geſſerunt. Brennus enim ſpe prædæ ſuos ad bellum hortabatur, cum enim ex captiuis au-diſſet donaria Delphica non ex ſolido auro, ſed ex ferro auro obducta eſſe, juſſit eos affirmare ex ſolido auro eſſe, atque ita auaritia ſuorum ad prælium vſus eſt. Adeo hæc cauſa pugnandi legitima viſa eſt, vt apud Pauſaniam Perſas dicerent, ſtultos eſſe, quod cum pauperibus diuites pugnarent. Præmium enim victoriæ, non iuſtitiam, ſed opes oppreſſorum puta-

bant. Itaque hac in cauſa ſe adeo injuſtos eſſe non negabant, vt Antigonus Rex cuidam Sophiſta librum de iuſtitia conſcriptum offerenti dicere non erubefceret. Deſpis, qui cum me videas armis alienas vrbes vexantem, tamen apud me de iuſtitia diſſeris. Ridebat ita Antigonus, in iuſtitiam, & magna latrocinia profeſſus; at turpius populus Romanus ſine vlllo prætextu Cypros occupauit, & ne aliquid indignitati deeſſet tanto flagitio Dux Porcius Cato fuit. Florus l. 9. ita rem narrat: Aderat ſatum Inſularum: igitur & Cypros recepta ſine bello. Inſulam veteribus diuitiis abundantem, & ob hoc Veneri ſacram, Ptolomæus regebat: & diuitiarum tanta erat fama, nec falſo, vt victor gentium populus, & donare regna conſueſtus, Publio Clodio Tribuno duce, ſocii vniuique Regis conſecrationem mandauerit. Et ille quidem ad reiſamam veneno ſata præcepit. Ceterum Porcius Cato Cyprias opes Liburnis per Tiberinum oſtium inuexit, quæ res latius ararium populi Romani, quam vllus Triumphus impleuit. Simili cupiditate, maiore recordia in Parthos mouit Craſſus. Florus lib. 3. c. 11. Dum Gallos per Caſarem in Septentrione debellat, interim ad Orientem graue vulnus à Parthiſ populo Romanus accepit. Nec de fortuna queri poſſumus. Caret ſolatio clades. Auerſus & diis & hominibus cupiditas Conſulis Craſſi, dum Parthico inhiat auro, vnde ſtragis legionum, & ipſius capite multata eſt: & Tribuniſ plebis Metellus exeuntem ducem hoſtilibus diris deuonerat: & cum Zeugma tranſiſſet exercitus rapta ſubitis ſigna turbinibus hauſit Euphrates; & cum apud Niciphorium caſtra poſuiſſet, miſi ab Orode Rege legati dñunciauere percufforum cum Pompeio ſederum, cum Syllaque, memoriſſet. Regius inhiens ille theſauris, nihil ne imaginario quidem iure, ſed Seleucia ſe reſponſurum eſſe reſpondit.

§. 7. Auaritia quidem crebro cauſa belli, ſed per- Ambitio
belli cauſa
creberrima. tinacior in eo eſt ambitio, & libido dominandi cum laude integræ victoriæ. Cur enim cum vitam pacti hoſtes omnia dedere parati ſunt, non accipiuntur preces, ſed inſtat exactor vindictæ, donec deſperatio veniæ miſeros eo adigit, vt res ſuas perdere, ſeq; inſup malint, quam crudeli ludibrio eſſe hoſtibus, nonne quia ſuperbia abſolutam victoriam cupiens auaritiæ præponderat? Hæc igitur bellandi cauſa, vt omnes hiſtoriæ oſtendunt. Luc. l. 1.

Tu cauſa malorum

*Facta tribus dominis communis Roma, nec vnquam
In turbam miſi ſeralia ſedera regni.
O male concordēs, nimiaque cupidine cæci,
Quid miſcere iuuat vires, orbemque, tenere,
In medio?*

Quamuis enim ſuæ quemque rapiunt ſcelerata in prælia cauſæ, Principatum tamen obtinet dominandi libido. Ninus id primus feciſſe dicitur. Auguſt. l. 4. de ciuit. cap. 6. Iuſtinus qui Græcam, vel potius peregrinam, Trogum Pompeium ſecutus, non Latine tantum, ſicut ille, verum etiam breuiter ſcripſit hiſtoriam, Opus librorum ſuorum ſic incipit. Principio rerum, gentium nationumque imperium penes Reges erat, quos ad ſaſtigiū huiusmaſtatis, non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio pronebatur. Populi nullis legibus tenebantur; arbitria Principum pro legibus erant. Fines imperii eueri magis quam proferre mor erat. Intra ſuam cuique patriam regna ſinebantur. Primus omnium Ninus Rex Aſſyriorum, veterem & quaſi æuitum gentibus morem noua imperii cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella ſinitimis, & rudes adhuc ad reſiſtendum populos ad terminos uſque Lybia perdomuit. Et paulo poſt: Ninus, inquit, magnitudinem quaſita dominationis continua poſſeſſione firmavit. Domitis igitur proximis cum acceſſione virium fortior ad alios tranſiret, & proxima quæque victoria inſtrumentum ſequentis eſſet, totius Orientis populos ſubegit. Et libr. 3. c. 14. Quod vitium (exercitii cauſa & laudis amore pugnandi) Salluſtinus magnè tranſeunter attigit. Cum n. laudans breuiter antiquiora commemoraiſſet tempora, quæ ando vita hominum ſine cupiditate agitabatur, & ſua cuique ſatis placebant. Poſtea vero,

*Iuſtitia à
bello exu-
lat.*

*Romana a-
uaritia.*

*Ambitio
belli cauſa
creberrima.*

*Ninus vici-
nis bellum
intulit.*

verò, inquit, quam in Asia Cyrus, in Græcia Lacedæmonii, atque Athenienses, capere vrbes atq; nationes subigere, libidinem dominandi causam belli habere, maximam gloriam in maximo imperio putare, & cetera quæ ipse instituerat dicere. Mihi huc vsq; satis sit ei⁹ verba posuisse. Libido ista dominandi magnis malis agit at & conterit genus humanum. Hac libidine Roma tunc victa Albam se vicisse triumphabat, & sui secleris laudem gloriam nominabat.

Ira Regum
causa bello-
rum.

§. 8. Bella ob subitam, & iniquam Regum ferociam, multa orbem contriuerunt. Seneca lib. 3. de ira c. 20. Non enim Cati sentiam, sed ira malum propositum est scribere, quæ non tantum viritum furit, sed gentes totas lancinat, sed vrbes, sed flumina, & tuta ab omni sensu doloris conuerberat. Sicut Rex Persarum, totius populi nares recidit in Syria: inde Rhinocolura loci nomen est. Perperisse illum iudicas, quod non tota capita præcidit: nouo genere pœne delictatus est. Tale aliquid passi forentur Æthiopes, qui ob longissimum vitæ spacium Macrobius appellantur, in hos enim, quia non supinis manibus exceperant seruitutem, missi, legatis libera responsa dederant, quæ contumeliosa Reges vocant, Cambyfes fremebat: & non prouisis conuiciatibus, non exploratis itineribus, per inuita, per arentia trahebant omnem bello vtilem turbam: cui inter primum iter deerant necessaria, nec quicquam subministrabat sterilis & inculta humanog, ignota vestigio regio. Sustinebant famem primo tenerissima frondium, & cacumina arborum, tum coria igne molita, & quicquid necessitas cibum fecerat: postquam inter harenas radices quoq; & herba defecerant, apparuitq; mors etiam animalium solitudo, decimum quemq; sortiti, alimentum habuerunt fame sauius. Agebat adhuc ira Regem præcipitem, cum partem exercitus amisisset, partem comedisset: donec timuit, ne & ipse vocaretur ad sortem, tum demum signum receptui dedit. Seruabantur interim illi generosa aues, & instrumenta epularum camelis rehebantur: cum sortirentur milites eius, quis male periret, quis penus viueret. Hic iratus fuit genti, & ignota & immerita, sensura tamen: Cyrus flumini. Nam cū Babylonē oppugnaturus festinaret ad bella, cui⁹ maxima momenta in occasionibus sunt, Cynden latē fufum omnem vado transire tentauit: quod vix tutum est etiam, cum sensu astra-rem, & ad minimum deductus est. Hac de re dixi cum de tyrannide, & crudelitate egi.

Ob miseros
receptos.
bellum ge-
rere non li-
cet.

§. 9. Propter eos, qui ex hostibus profugerunt, receptos, bellum indicere, nisi sint ipsi malorum auctores, iniquum puto, cur enim excisa patria reliquias persequantur? Israëlita⁹ sanè sexcentis Benjaminitis perperere, imo vxores etiam dedere. Iud. vltimo. Faterur suorum improbum odium Florus l. 2. c. 18. Non temerè, si scateri licet, vilius causa belli iniustior. Sedigenses socios & consanguineos, Romanorum manibus elapsos exceperant. Habita pro eū deprecatio nihil valuit, cum se ab omni bellorum contagione remouerent, in legitimi fœderis pretium iusta arma deponere. Hoc sic à Barbâris acceptum, quasi manus absinderentur. Itaq; statim Megara viro fortissimo duce ad arma conuersi, Pompeium prælio aggressi, Fœdus tamen maluerunt, cum debellare potuissent. Hostilium deinde Mancinum. Hunc quoq; assiduè cadib⁹ ita subegerunt, vt ne oculos quidem aut vocem Numantini viri quispiam sustineret. Tamen cum hoc quoq; fœdus maluerit, contenti armorum manibus, cum ad internecionem saure potuissent.

Omninò fateri licet, iniuria facta est Numantinis, non modo, quia initium belli sine causa fuit, sed etiam quia fœdera violata, quia pro clementia crudelitas repensâ est. Nam dedere se volebant, si toleranda viris imperarentur, sed cum Scipio veram vellet, & sine exceptione victoriam, eo miseriarum redacti sunt, vt tentata pugna, eruptione, fuga se ipsi tandem peremerint. Concludam insigni responso barbaræ nationis. Bellum si iustum non est, latrocinium est. Seyrharum legatus hoc liberè Alexandro. Tu qui gloriaris ad latrones persequendos te venire, omnium gentium quas adiisti, latro es.

CAPVT IX.

Si hostis satisfactionem offerat, mitius
agendum est.

§. 1. **D**VPLEX est hoc loco disputatio; nam quæritur, si hostis, qui iniuriam obtulit, dicat nolle factum, & iudicio æquo reparare damnum velit, an pars læsa cogatur eam acceptare satisfactionem, & bello abstinere? Deinde si liberum sit Principi vel acceptare satisfactionem, vel eos bello persequi, quid luadendum illi sit? siue quid expediat?

§. 2. In priore controuersia non idem sentiunt Doctores. Nonnulli enim oblata satisfactione, iubent abstinere bello, cum nondum sanguine fuso factum est, at si jam acies conflixerint, si murum arces perculserit, alij putant contempta satisfactione bellandum, alij abstinendum bello. Mihi magnâ distinctione vtendum videtur, atque his propositionibus res explicanda.

PROPOSITIO I. Iniuria infertur, vel cum fortunæ auferuntur, vel cum corporibus vis infertur, vel cum per calumniam fama & honos læditur, & interdum omnia ista conjunguntur; Denique cum diuina maiestas per sacrilegia, crimen infidelitatis, vel hærescos læditur. De singulis dicendum est. Intelligo verò ista publico, hoc est, totius Reipublicæ iudicio fieri.

PROPOSITIO II. In his facilima compensatio est, fortunarum ablatarum, & honoris. Pecunia enim pecoraque restitui possunt, aut æqua precia rependi. Honor recantatis conuiitijs, & confessâ calumnia etiam redintegrari videtur. Verum duo faciunt hanc rem difficiliorem. Primum est, quod non modo res ablata restitundæ sunt, verum etiam detrimenta, quæ consecuta sunt, compensanda; hoc enim quod in iudicio ciuili decernitur, vt sumptus, damna, lucri cessatio, omnia omninò ad æqualitatem rependantur, id etiam in bello requiritur. Alterum est, quod postquam omnia restituta sunt, pœna nihilominus injurianti, & quidem duplex infligenda sit, nempe vt rependat injuriam passo aliquid pro contumeliâ, quam intulit, cum res vi auferret, pro timore ejus, pro sollicitudine & molestiâ, quam sustinuit, dum re sua careret: Eam ob causam Exod. 22. 4. 7. 9. fur duplum cogitur reddere proximo. Hoc autem facto, aliam quoque pœnam exigit Reipublica ob bonum commune seruandum. Itaque postquam reddita sunt furta, & recantata est calumnia, furtum furca, calumniam exilio, carcere, aliæ ratione plectit. Itaq; Reipub. quæ læsit, eo modo satisfacere secundum leges debet: Hoc enim juris naturalis est, vt æqualitas inter eos constituatur, qui alienâ injuria facti sunt inæquales. Neq; hæc alia lex est priuatorum & regnorum inter se. Nam vt in eodem regno vel ciuitate iustitiæ æqualitas seruanda est à iudice, ita in societate humani generis, cuius membra sunt regna, inter regna etiam æqualitas constituenda, vt finum alteri aliquid abstulit p injuriam, p iustitiam restituat. Hac tamen moderatione, & leni arbitrio, vt satisfactio recipiatur, non alia Reipublica opprimatur: seruanda enim leges, quæ in priuatis, in fauorem restituentis sunt.

PROPOSITIO III. In pudicitia violata, & vita ablata restitutio difficilima est. Nam cum adulteria, raptus, violentiaque, & cædes morte puniantur, non videtur alia ratio satisfaciendi, quam vt Reipublica, quæ ista fecit, tota se morti offerat, & colla securibus submittat; omnes enim sunt homicida, omnes adulteri,

Ingi-
mer

Restitutio-
ne facta
belli omi-
tendum.